



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Blasphemiae Et Impietates Seditiosaq[ue] dogmata
Ioannis Meynertzhagen pseudo ecclesiastæ apud
Bonnam, ex libello que[m] inscripsit, Des Euangelischen
Bürgers Handtbüchlin. Hoc est, Enchiridion ...**

Erzdiözese Köln

[Köln], [1544]

VD16 K 1773

In Angelos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34979

BLASPHEMIAE ET IMPIETATES

Seditiosaq; dogmata Ioannis Meynerzhagen pseudo ecclesiae
stae apud Bonnam, ex libello quē inscripsit, Des Euangelis
schen Bürgers Handtbüchlin. Hoc est, Enchiridion
Christiani Ciuis, excerptæ.

IN SCRIPTVRAM CANONICAM.

Refecat a Canone Ecclesiastico diuinarę scripturarum, quinetiam
Apocriphos facit secundum & tertium libros Esdrę, Thobiam,
Iudith, Baruch, Sapientiam Salomonis, Ecclesiasticum, tres libros Ma
chabæorum, Historiam Susannę, & Belis apud Danielem. Lib. primo,
folio sexto, facie prima. Contra determinationem Concilij Carthagi
nen. tertij. quam sequitur tota Catholica Ecclesia.

IN VIRGINEM MATREM.

Non alium honorem Virgini matri impendendum esse, q̄ rememora
tionis donorum ei diuinitus collatorum, & imitationis. Alioqui facere
nos ex ea falsam Deam. Quod & publice fieri (suo more) deplorat. si
gnificās idololatricū esse p̄cari eam ut nos apud deū iuuet. fol. 111. f. 1.

IN ANGELOS.

Choros Angelorum primum esse confictos per Dionysium Areopa
gitam, & postea auctos per Theologos. libro. 2. folio. 129.

IN SANCTOS CVM DEO REGNANTES.

Quod Sanctis inique seu perperā tribuamus habere eos merita apud
Deum. lib. 2. fol. 53. fac. 2. Quod eorum ope non indigeamus, quamli
bet simus oppleti sceleribus. ibidem. Et qui secus hactenus docuerunt,
eos fuisse falsos Prophetas. eodem lib. fol. 54. fa. 1. Facit hanc conse
quentiam: Si Christus dæmones precantes ut mitterētur in porcos ex
audiuit, ergo multo magis exaudit scelerosos. eodem fol. fa. 2.

Miracula Sāctorę esse mendaces & cōfictas fabulas; & inania somnia.
eodē li. fo. 54. fa. 2. Ridet quoq; Sctōrum uitas & miracula. fo. 77. fa. 1.
Neminem unquam (qui mō pius fuerit) interpellasse aliquē Sanctōrę
ut apud Deū pro se intercederet. ibidem & eodem libro, fol. 54. fac. 2.

IN CHRISTI ET SANCTORVM IMAGINES.

Nullum honorem ulli imagini exhibendum. Ad quod detorquet oēs
scripturas, quæ uetant adorari idola dæmoniorum. lib. 1. fol. 55. fac. 2.
Pertinere ad officia cuiuscunq; Magistratus tales abusus (sic enim ap
pellat imaginum usum) e medio tollere. eodem libro. fol. 26. fac. 2.

Afferit ueram & indubitātā idololatriam esse cum aliquis honor ima
gini impenditur. lib. 2. fol. 21. facie 2.

Ex hac doctrina sequuta est demolitio imaginum Crucifixi Domini,
apud Linzium, Kempen &c.